

SACCHARUM LACTIS.

℞. Seri lactis colostro vitulino parati magnam
copiam.

Evaporando inspissetur ad crassi magmatis
consistentiam, quod aqua sufficiente denuo
solvatur, filtretur, evaporetur debite, &
relinquatur diutius in vasis figulinis vitreatis,
donec crystalli concrecant. Residuus liquor
evaporetur ut prius. Omnes crystalli colle-
ctæ abluantur aqua frigida, & serventur. Vel
repetita solutione & crySTALLIFICATIONE albidiores
reddi possunt.

SACCHARUM SATURNI.

℞. Cerussæ five Calcis Plumbi albæ q. v.

Adfunde acetum destillatum fortius ad aliquot
digitorum eminentiam; digere igne arenæ in
vase vitreo per tres quatuorve dies, identi-
dem liquorem agitando, quem clarum dein
decanta, novumque acetum adfunde, quod
digestione peracta, ut prius, decanta, hunc-
que laborem eousque repete, donec acetum
sapore dulci infici desinat. Hi omnes liquo-
res commisti igne lento evaporent ad Syrupi
ferme spissitudinem, & concrecant in loco
frigido crystalli, quas serva.

SAL

SAL ABSINTHII ALCALINUS.

℞. Herbae Absinthii exsiccatæ q. pl.

In aëre libero comburatur successive in cineres, qui aqua pura fervidaque elixentur. Lixivium filtratione a cinerum parte terrestri liberatum evaporetur, & inspissetur ad ficcitatem. Massa salina parumper calcinetur, & fervetur in vitro bene clauso, inque loco sicco.

Ita parantur ex integra planta

(*) SAL FABARUM.

GENISTÆ.

VITIS.

SAL ABSINTHII MEDIUS.

℞. Salis Absinthii alcalini.

Florum Sulphuris partes æquales.

Misceantur, & injiciantur per partes in crucibulum candens & amplum. Calcinetur materies per plures horas fortissimo igne, donec Massa iterum albescat, nec sulphur amplius redoleat. Crucibulum stet semper apertum, & caveatur carbonum illapsus. Massa hæc dein solvatur in aqua, quæ filtrata vaporet ad cu-

ticulam, & crySTALLIFICATIONI exponatur. Cry-
 stalli albissimæ obtentæ serventur. Quæ si fa-
 tis albæ non sunt, aut hepar sulphuris redo-
 lent, de novo totum lixivium est inspissandum,
 & massa salina calcinanda, donec requisitæ
 proprietates crySTALLORUM obtineantur.

Ita parantur

SAL CARDUI BENEDICTI.
 CENTAURII MINORIS.

NB. Cum Sal Absinthii vel alius nunc re-
 censitorum salium simpliciter præscribitur, aut
 a vulgo expetitur, semper dandus est sal me-
 dius, nec alcalinus, nisi is, videlicet *alcali-
 nus*, expressis præscribatur terminis.

SAL ACETOSELLÆ ESSENTIALIS.

℞. Herbæ recentis Acetosellæ ꝑ. pl.

Exprimatur inde succus, qui in vase vitreo
 absque ulla depuratione per dies quatuor aut
 quinque relinquatur supra fæces in quiete; de-
 puretur dein mediante filtratione, ad medie-
 tatem circiter aut ultra evaporetur, ac in lo-
 co frigido in vase vitreo reponatur, ubi
 concreſcent crySTALLI TENUES, a liquore libe-
 ran-

randæ. Reliquus liquor ulterius vaporet, ac ad crystallifandum, ut prius reponatur; qui labor eousque iterandus, donec nullæ amplius crystalli concrefcant. Collectus fal aqua frigida leviter abluatur, in charta leniter efficcetur, & affervetur.

SALIS ALCALINI FIXI VULGARIS

sive

CINERUM CLAVELLATORUM

depuratio.

℞. Cinerum clavellatorum, five falis alcalini fixi vulgaris q. pl.

Calcina per horam igne fat forti; solve in triplo aquæ communis; folutio filtrata ad duas tertias evaporet, & per aliquot dies in loco temperato quieti reponatur. Si quædam intra hoc tempus concreverint crystalli, eas exime, ac feorsim ferva; sunt enim communiter hæ crystalli aut *Tartari vitriolati*, aut frequentius *falis communis* a fale alcalino hac methodo omnino separandæ. Restans lixivium inspiffetur ad ficitatem; fal alcalinus inspiffatione obtentus parumper adhuc calcinetur, ut ficciffimus albidusque evadat, qui in vitris optime clausis affervandus. (*)SAL

(*) SAL ANGLICUS NASALIS.

℞. Salis ammoniaci part. j.

Cretæ part. ij.

Mixta sublimentur ex retorta igne forti, & sublimatus sal colligatur, ferveturque in lagenulis epistomio vitreo accurate clausis.

Parari potest ex tempore ejusdem fere indolis sal volatilis, commiscendo salem ammoniacum cum æquali pondere salis Tartari aut Calcis vivæ recentis, quæ miscela irroretur pro lubitu spiritu salis ammoniaci lavandulato, & fervetur in lagenula exacte clausa.

SAL CORNU CERVI.

Vide sub

SPIRITU CORNU CERVI.

SAL MIRABILIS GLAUBERI.

Vide sub

SPIRITU SALIS ACIDO.

SAL POLYCHRESTUS.

℞. Nitri puri.

Sulphuris partes æquales.

Pul-

Pulverata & mixta injiciantur successive in crucibulum candens. Continuetur idem ignis adhuc per aliquot horas. Tunc massa eximatur, solvatur in aqua fervida, filtretur, debite evaporetur, & reponatur ad crystallifationem. Crystalli ferventur, ac ita pergatur in reliqui liquoris crystallifatione. Si sal requisitam albedinem non habeat, denuo calcinari debet, ut omne sulphur adhærens destruat.

SAL SEIGNETTE.

℞. Salis sodæ depurati, & in aquæ sufficienti quantitate soluti q. pl.

Solutio hæc in vase figulino vitreato stet fervida super igne, tuncque in illam injiciatur successive tantum Cremoris Tartari, donec punctum saturationis cessante effervescentia fit obtentum. Liquor filtratus, & debite evaporatus ponatur ad crystallifandum. Crystallus exemptis, repetatur operatio cum reliquo lixivio, donec nihil amplius crystallifetur. Crystalli ferventur.

SALIS SODÆ DEPURATIO.

℞. Sodæ Hispanicæ q. v.

Cal.

Calcina igne valido usque dum omnis odor sulphureus evanuerit; solve in sufficiente quantitate aquæ; lixivium filtra, debite evapora, ac in locum frigidum repone; concre-scent cryftalli, quas exime, & serva. Sunt hæ cryftalli nihil aliud, quam sal alcalinus mineralis, seu ipsa SODA rite depurata. Reliquum lixivium ad ficitatem evaporari, inde obtentus sal, quum sat purus fit, asservari, eide-maque usui, ac prior cryftallifatione obtentus, inservire potest.

SAL SUCCINI.

Vide sub

OLEO SUCCINI.

SAL TARTARI.

℞. Tartari crudi q. pl.

Tractetur eodem modo, uti carbo Tartari, quem vide sub SPIRITU TARTARI.

(*) SPECIES DECOCTI ALTHÆÆ

FERNELII.

℞. Radicis Althææ unc. viij.

Graminis.

Aspa-

Asparagi.

Liquiritiæ.

Uvarum passarum mundatarum.

Herbæ Althææ.

Malvæ ana unc. ij.

Pimpinellæ rubræ.

Plantaginis ana unc. iß.

Cicerum unc. iv.

Seminum Cucumeris.

Cucurbitæ.

Citrulli.

Melonum ana unc. iij.

Incisa, & mixta ferventur pro usu.

SPECIES DECOCTI ALTHÆÆ

VULGARES.

℞. Herbæ Althææ libr. ij.

Radicis Althææ libr. j.

Florum Malvæ libr. ß.

Glycyrrhizæ unc. iv.

Conscissa, & mista ferventur.

SPECIES DECOCTI ANTIFEBRILIS.

℞. Radicis Graminis.

Taraxaci ana libr. ij.

Ace-

Acetosa.

Cichorei ana libr. j.

Liquiritiæ.

Summitatum Centaurii minoris.

Herbæ Cardui benedicti ana libr. β .

Conscissa mista, ferventur.

SPECIES DECOCTI APERITIVI.

\mathcal{R} . Herbæ Cichorei unc. ij.

Cuscutæ.

Fumariæ.

Scolopendrii.

Radicum Polypodii vulgaris.

Liquiritiæ ana unc j.

Quinque aperientium ana unc. ij.

Foliorum Sennæ selectorum.

Passularum minorum ana unc. vj.

Agarici albi unc. $\text{ij}\beta$.

Seminum Anisi.

Fœniculi.

Corticis Tamarisci.

Capparis ana dr. vj.

Incisa misceantur, & ferventur.

Si ad unciam unam harum specierum addantur

Rhabarbari dr. j.

Cin-

Cinnamomi dr. β.

Vocabitur DECOCTUM APERITIVUM CUM
RHEO.

SPECIES DECOCTI AVENÆ.

℞. Avenæ unc. iv.

Ligni Santali rubri

Radiciſ Cichorei ana unc. j.

Misceantur incifa in Species, & ferventur
ufui.

Dictarum ſpecierum drachmæ ſex coquan-
tur in aquæ unciis octodecim ad remanentiam
libræ unius.

Colaturæ adde

Nitri Antimoniati dr. β.

Sacchari canarini dr. ij.

Et Decoctum exhibeatur.

Si vero ſpecies ſolæ expetuntur, adden-
da eſt ſingulis drachmis ſex ſpecierum prædi-
cta quantitas *Nitri antimoniati*, & *Sacchari*.

SPECIES CEPHALICÆ RESOLVEN-

TES PRO FOMENTATIONE.

℞. Herbæ Origani.

Serpylli.

Q

Thy.

Thymi.

Nepetæ.

Calaminthæ montanæ ana unc. j.

Salviæ.

Majoranæ.

Rosmarini.

Rutæ.

Florum Lavandulæ.

Rosarum ana unc. β.

Concisa ferventur ufui.

SPECIES EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Meliloti.

Malvæ.

Althææ.

Florum Chamomillæ vulgaris.

Radicis Althææ.

Seminum Fœnugræci.

Lini ana libr. j.

Conciffa, & contufa mifceantur pro ufui.

SPECIES DECOCTI PRO GARGA-
RISMATE

ADSTRINGENTES.

℞. Herbæ Plantaginis.

Pru.

Prunellæ ana unc. v.

Salviæ unc. iij.

Florum Rosarum rubrarum.

Radiciſ Tormentillæ ana unc. j.

Incifa miſceantur, & pro uſu ferventur.

SPECIES PRO GARGARISMATE

EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Malvæ.

Althææ.

Verbaſci ana libr. β.

Florum Sambuci unc. iij.

Conciſſa miſce.

SPECIES DECOCTI LIGNORUM.

℞. Radiciſ Bardanæ. libr. iꝰ.

Saffaparillæ.

Chinæ nodofæ.

Ligni Juniperi.

Saffaſtras ana libr. j.

Santali rubri.

Glycyrrhiæ ana libr. β.

Seminum Aniſi.

Fœniculi ana unc. iij.

Conciſa miſceantur, & pro uſu ferventur.

Q 2

SPE-

SPECIES DECOCTI PECTORALIS.

℞. Caricarum libr. ij.

Radicis Althææ.

Liquiritiæ.

Hordei mundi ana libr. j.

Herbæ Hederæ terrestris.

Verbasci ana libr. β.

Florum Verbasci.

Rhœados ana unc. iij.

Conscissa mista ferventur.

SPECIES PRO POTU ORDINARIO.

℞. Radicis Acetosæ libr. iij.

Scorzonæræ libr. iβ.

Hordei crudi libr. ij.

Seminum Fœniculi.

Corticum Citri ficcatorum ana unc. iij.

Incisa misceantur, & ferventur.

SPECIES PRO THEE GERMANICO.

℞. Herbæ Veronicæ.

Hederæ terrestris.

Farfaræ.

Scabiosæ ana unc. iij.

Melissæ.

Salviæ ana unc. iβ.

Grosso modo concisa misceantur.

SPI-

SPIRITUS ANISI.

- ℞. Seminis Anifi contusi libr. j.
Spiritus Vini libr. viij.
Macerentur uno alterove die, dein in
Balneo arenæ destilla libr. vj.

Ita fiunt

SPIRITUS SEMINUM CARVI.
BACCARUM JUNIPERI VIRIDIUM.

SPIRITUS AROMATICUS.

- ℞. Herbæ Menthæ unc. iβ.
Seminis Anifi.
Cinnamomi.
Nucis Moschatæ ana unc. β.
Caryophyllorum.
Cardamomi minoris.
Granorum Paradisi.
Radiciſ Angelicæ ana dr. ij.
Contufis adfunde
Spiritus Vini libr. iv.
Macerentur per nycthemerum, dein ab-
ſtrahantur in Balneo mariæ libræ tres, quæ in
vitro bene clauſo ſeruentur.

Q 3

SPI.

SPIRITUS BALSAMICUS

vulgo

BALSAMUM SCHAUERIANUM

dictus.

℞. Terebinthinæ unc. iij.

Olei Laurini unc. j.

Galbani unc. ij.

Elemi.

Aloes succotrinæ.

Benzoes.

Styracis.

Mastiches.

Myrrhæ.

Olibani ana dr. ij.

Radici Ireos florentinæ.

Dictamni albi.

Imperatorix.

Seminum Anifi.

Fœniculi.

Succini albi ana unc. β.

Florum Chamomillæ Romanæ.

Herbæ Abfinthii.

Rosmarini.

Scordii.

Co-

Cochleariæ.

Rutæ ana dr. j.

Cardamomi minoris.

Nucis Moschatæ.

Cinnamomi.

Castorei ana dr. ij.

Cubebæ dr. j.

Commistis adfunde

Spiritus Vini optimi libr. iv.

Stent per octiduum, dein abstrahantur Spiritus ex Balneo mariæ libræ tres, quas serva.

SPIRITUS COCHLEARIÆ.

R. Herbæ Cochleariæ recentis libr. j.

Spiritus Vini libr. iij.

Abstrahantur in Balneo mariæ libræ duæ.

SPIRITUS CORNU CERVI.

B. Cornu Cervi in frustra dissecti q. v.

Inde retortæ & excipulo amplo adaptato, destilla calore gradatim aucto, & prodibunt successive Spiritus, Sal & Oleum.

Oleum a Spiritu separatim servetur seorsim.

Sal collectus nova sublimatione, ut albus evadat, depuretur.

Q 4

Spi-

Spiritus vero iterata destillatione ex Balneo arenæ rectificetur, & fervetur.

Cornu peracta destillatione in retorta relictum calcinetur in crucibulo ad albedinem usque, & fervetur sub titulo:

CORNU CERVI USTI.

SPIRITUS DIATRION

sive

MIXTURA SIMPLEX.

- ℞. Spiritus theriacalis camphorati unc. v.
Tartari rectificati unc. iij.
Vitrioli acidi unc. j.

Misce & serva.

SPIRITUS FORMICARUM.

- ℞. Formicarum recentium majorum libr. j.
Spiritus Vini libr. iij.
Destillentur e Balneo mariæ ad siccitatem.

Eodem modo paratur

SPIRITUS LUMBRICORUM TERRESTRIVM.

SPIRITUS LAVANDULÆ.

- ℞. Florum Lavandulæ leviter siccatorum
libr. β.

Spi-

Spiritus Vini libr. iv.

Aquæ Lavandulæ libr. j.

Macerentur per nychthemerum, dein abstrahantur ex Balneo arenæ libræ tres.

Eadem methodo parantur

SPIRITUS HERBÆ MENTHÆ.

SERPILLI.

SPIRITUS MATRICALIS.

℞. Mastiches.

Myrrhæ.

Olibani ana unc. iij.

Spiritus Vini rectificati libr. vj.

Macerentur per octo dies, dein abstrahantur libræ quatuor ex Balneo arenæ.

Maceratione peracta, si liquor bene tinctus percolatur, nec destillatur, præbet

TINCTURAM MASTICHES COMPOSITAM.

SPIRITUS NITRI ACIDUS.

℞. Nitri puri.

Vitrioli ad albedinem calcinati partes æquales.

Mista destillantur ex retorta vitrea, donec nulli amplius ascendant vapores. Spiritum ferva.

Q 5

Si

Si vero loco Vitrioli ad unam partem Nitri adhibetur Olei vitrioli optimi dimidia pars, obtinetur sub eodem adparatu eademque operatione acidum magis concentratum, videlicet:

SPIRITUS NITRI FUMANS.

Caput mortuum igne aperto bene calcinatum, elixatum, ac debite evaporatum dat salem crystallinum, ARCANUM DUPLICATUM vulgo dictum.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritus Vini bene rectificati libr. iv.

Quibus infunde successive

Spiritus Nitri acidi vulgaris libr. j.

Stent per aliquot dies in digestionem, & destillentur in cucurbita, quæ destillatio quater ad siccitatem usque repetatur, & liquor destillatus tandem servetur.

SPIRITUS ROSMARINI

sive

AQUA REGINÆ HUNGARIÆ.

℞. Florum Rosmarini una cum calycibus decerptorum unc. vj.

Spiritus Vini libr. iij.

Ma-

Macerentur per horas duodecim, dein ab-
strahantur ex Balneo arenæ libr. ij.

SPIRITUS SALIS ACIDUS.

Paratur eodem modo, ac Spiritus Nitri
fumans, fumendo loco Nitri *saalem communem* di-
midio sui ponderis aquæ dilutum.

Caput mortuum, ut illud a *Spiritu Nitri*
acido tractatum dat

SALEM MIRABILEM GLAUBERI.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritus Salis acidi fortioris part. j.

Admisce

Spiritus Vini rectificati part. x.

Post peractam digestionem per aliquot dies,
destillantur ex cucurbita aliquoties, eodem
modo, ac fieri jubetur in destillatione Spiritus
Nitri dulcis, & Spiritus abstractus fervetur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI

ANISATUS.

℞. Salis ammoniaci in pulverem grossum triti
libr. j.

Cinerum clavellatorum libr. ij.

Seminis Anisi tusi libr. β.

Spi-

Spiritus Vini.

Aquæ communis ana libr. iv.

Mista destillentur ex cucurbita vitrea ad abstractionem librarum quinque, & ferventur in vitro bene clauso.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI

Aquosus.

℞. Salis ammoniaci ruditer triti.

Cinerum clavellatorum ana libr. ij.

Calcis vivæ libr. iβ.

Aquæ communis libr. xvj.

Mista destillentur ex cucurbita aut retorta vitrea ad abstractionem medietatis humidi, liquor prolectus fervetur in vase vitreo exacte clauso.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI

LAVANDULATUS

vulgo

AQUA ANODYNA

dictus.

℞. Salis ammoniaci libr. ij.

Tartari libr. j.

Flo.

Florum Lavandulæ libr. β.

Lixivii ex calcis vivæ & cinerum clavel-
latorum ana libra una facti libr. iv.

Spiritus Vini simplicis libr. x.

Misceantur, & instituat ex Balneo are-
næ destillatio, quousque spiritus transit vola-
tilis, qui in vase vitreo exacte clauso serve-
tur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI

VINOSUS.

℞. Salis ammoniaci ruditer tusi libr. j.

Tartari libr. ij.

Spiritus Vini libr. vj.

Aquæ communis libr. iij.

Mista destillentur e Balneo arenæ ad ab-
fractionem medietatis. Spiritus prolectus ser-
vetur in vitris optime clausis.

Residuum diluatur sufficienti quantitate
aquæ, filtretur, & evaporetur ad cuticulæ
apparitionem, reponendum dein ad crystalli-
ficationem. Crystalli enatæ subito aqua frigida
abluantur, & exsiccatae ferventur sub titulo

SA.

SALIS DIGESTIVI

se u

FEBRIFUGI SYLVII.

SPIRITUS SULPHURIS.

vide

SPIRITUM VITRIOLI.

SPIRITUS TARTARI.

℞. Tartari crudi q. pl.

Inde retortæ aut terræ aut vitreæ loricatæ, cujus una tertia pars vacua maneat, adplicato recipiente capaci juncturis necdum clausis instituaturn destillatio calore initio leni, donec pleraque aëris elastici quantitas exiverit, tunc juncturas claude, ignemque gradatim auge ita, ut spiritus omnis una cum oleo prodire valeat. Spiritus ab oleo separatus ex Balneo arenæ rectificetur; oleum vero seorsim adservetur. Carbo Tartari sive Caput mortuum in crucibulo bene calcinatum, elixatum, ac inspissatum dat

SALEM TARTARI.

SPI-

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

vide

OLEUM TEREBINTHINÆ,

cum quo idem.

SPIRITUS THERIACALIS

CAMPHORATUS.

℞. Theriacæ unc. x.

Myrrhæ unc. v.

Croci unc. j.

Spiritus Vini rectificati libr. iv.

Stent in vase clauso per aliquot dies, dein
destillentur.

In hoc spiritu destillato solve

Camphoræ dr. vj.

Et serva.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Camphoræ unc. j.

Solve in

Spiritus Vini libr. j.

Serva.

SPI-

SPIRITUS VITRIOLI

℞. Vitrioli ad albedinem calcinati q. v.

Immitte retortæ vitreæ loricatæ, quam furno reverberatorio impone, adplica excipulum amplum, juncturas ope luti argillacei claude, ac ignem subministra initio lentum, quamdiu videlicet albi prodeunt vapores, hi ubi disparuerint, vas recipiens muta cum alio prius probe calefacto; ignem demum gradatim auge ad summum usque gradum, eoque continua, donec nulla amplius gutta liquidi appareat, qui labor triginta horarum spatio communiter expeditur.

Primum in excipulum, qui prodiit liquor, SPIRITUS SULPHURIS, seu VITRIOLI VOLATILIS audit; subsequens vero longe acrior ponderosiorque latex sub titulo OLEI VITRIOLI asservatur.

Hujus si partem unam cum octo aut decem partibus aquæ commiscueris, habebis

SPIRITUM VITRIOLI

vulgarem.

Qui etiam loco Spiritus Sulphuris exhiberi potest.

SPON-

SPONGIÆ MARINÆ USTIO.

℞. Spongiæ marinæ .q. v.

Impleatur ea crucibulum, five olla non vitreata. Hoc vas operculo tectum ponatur inter carbones candentes, ibique detineatur, donec nullus amplius ad marginem operculi exire videatur fumus. Carbo tunc niger eximatur, & in pulverem subtilem redactus ferretur.

SULPHUR ANTIMONII AURATUM.

℞. Hepatis Antimonii recenter parati q. s.

Ebulliat cum aquæ sufficiente quantitate. Decoctum calidum per chartam emporeticam filtratum stet in quiete per unum alterumve diem, ut sulphur omne, quod majore regula parte oneratum excidere potest, sponte excidat. Tunc ab hoc pulvere badio, qui tanquam *sulphur Antimonii primæ præcipitationis* considerandus est, liquor filtrationis ope separetur, eique adfundatur Aceti quædam portio, & pulvis præcipitabitur fulvus, *sulphur nempe Antimonii præcipitationis secundæ*. Tandem ex liquore ut prius filtrato reliquum *sulphur* mediante Aceti iterata adfusione excutiatur, quod

R

jam

jam coloris lutei *tertia præcipitationis* dicendum,
ac separatim, ut sulphur primæ & secundæ
præcipitationis, asservandum.

SULPHUR ANTIMONII

TARTARISATUM.

vide

KERMES MINERALE,

quocum idem est.

SUPPOSITORIA COMPOSITA.

℞. Farinæ Secalis unc. iv.

Saponis unc. iij.

Aloes unc. j.

Salis communis dr. vj.

Seminum Colocynthidis unc. ij.

Carvi.

Cumini.

Fœniculi ana dr. j.

Mellis q. s.

Misce, fiat Massa, ex qua formentur sup-
positoria, aut

GLOBULI CARMINATIVI vulgo dicti.

SIMPLICIA SUPPOSITORIA eo, quo expe-
tuntur, tempore parari possunt ex *Melle* in-
spissato, *Sebo*, aut *Sapone* &c.

SY-

SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

℞. Florum Acaciæ nostratis recentium libr. iij.
Infunde cum aquæ communis bullientis li-
bris sex.

Stent per duodecim horas in vase clauso;
dein exprime infusum, & cum Sacchari albi
libris sex coque in Syrupum debite clarifican-
dum.

Hoc modo paratur

SYRUPUS FLORUM CHAMOMILLÆ

VULGARIS.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

℞. Succu Citri libr. j.
Sacchari albi libr. ij.
Facta unica ebullitione seruetur Syrupus.

Pari modo parantur

SYRUPUS SUCCI BERBERUM.

MORORUM.

MYRTILLORUM.

RIBIUM.

RUBI IDÆI.

R 2

SY

SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞. Specierum decocti Althææ vulgarium
unc. viij.

Ebulliant parumper in aquæ communis li-
bris octo. Colatura cum Sacchari albi libris
sex coquatur in Syrupum debitæ consistentiæ.

SYRUPUS AURANTIORUM

CORTICUM.

℞. Flavedinis Corticum Aurantium recen-
tium unc. vj.

Macerentur in Vini albi libris duabus per
duo nychthemera, infusum colatum cum du-
pla portione Sacchari albi facta unica ebullitio-
ne coquatur in Syrupum.

Ita paratur

SYRUPUS CITRI CORTICUM.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Herbæ Capillorum Veneris unc. iij.
Infunde cum aquæ fervidæ libris tribus.
Stent infusa per horas duodecim, & cum
Sacchari albi libris quatuor fiat Syrupus, cujus
fin-

ingulis libris, si placet, odoris gratia admisceri potest

Aquæ florum Aurantiorum unc. β.

SYRUPUS CICHOREI CUM RHEO.

℞. Radicis Cichorei unc. iii.

Herbæ ejusdem unc. j.

Rhabarbari unc. iv.

Salis Tartari dr. β.

Coquantur in libris octo aquæ communis ad remanentiam librarum sex, decoctum cola fortiter exprimendo, cui adde Sacchari libras sex, & ebulliendo clarificandoque debite fiat justæ consistentiæ Syrupus.

SYRUPUS CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi ruditer tufi unc. v.

Aquæ Cinnamomi Vinosæ libr. ij.

Macerentur in vitro probe clauso per viginti quatuor horas. Infuso colato adde Sacchari albi duplum, & fiat unica ebullitione in vase clauso Syrupus.

SYRUPUS COCHLEARIÆ.

℞. Succī Herbæ Cochleariæ per subsidentiam
depurati libr. ij.

Sacchari albi libr. iv.

Facta ebullitione unica fervetur Syrupus.

Eadem methodo paratur

SYRUPUS FUMARIÆ.

SYRUPUS CONTRAJERVÆ.

℞. Radicis Contrajervæ dr. vj.

Serpentariæ Virginianæ unc. β.

Infundantur in Aquæ fervidæ unciis viginti
quatuor. Stent vase clauso per duodecim
horas: coletur dein infusum, & cum dupla
Sacchari albi portione fiat lege Artis Syrupus.

SYRUPUS EMETICUS.

℞. Vitri Antimonii subtiliter pulverati unc. j.

Infundatur per horas viginti quatuor in

Aceti Vini unciis viginti.

Adde dein

Cinnamomi.

Radici Zedoariæ.

Seminis Angelicæ ana dr. ij.

Croci dr. β.

Stent

Stent adhuc per aliquot horas, tandem filtra liquorem per duplicem chartam emporeticam, & cum Sacchari albi unciis viginti coquantur in syrupum.

SYRUPUS FOENICULI.

℞. Seminum Fœniculi ruditer tusorum unc. iij.
 Infunde cum Aquæ fervidæ sesquialtera libra. Macera vase clauso per horas duodecim, dein cola, & cum duplo Sacchari albi fiat Syrupus.

SYRUPUS HYSSOPI.

℞. Herbæ Hyssopi leviter ficcatae unc. ij.
 Infunde cum Aquæ fervidæ libris duabus.
 Stent vase clauso per aliquot horas.
 Cola demum, & colaturæ adde Sacchari albi duplam quantitatem, factaque unica dumtaxat ebullitione ferva Syrupum debito more clarificatum.

Tali modo paratur

SYRUPUS HERBÆ MENTHÆ.

R 4

SY-

SYRUPUS KERMESINUS.

℞. Pulveris Coccinellæ unc. β.

Salis Tartari gr. xij.

Commistis adfunde

Aquæ Rosarum unc. vj.

Corticum Citri.

Cinnamomi simplicis ana unc. iv.

Stent in frigida infusione per horas sex, ad-
jice dein

Pulveris Aluminis crudi gr. iv.

Relinque adhuc per quadrantem horæ, in-
fusum subinde agitando; tandem cola, & cum
Sacchari albi libris duabus fiat unica ebullitione
Syrupus.

SYRUPUS MANNATUS.

℞. Foliorum Sennæ unc. viij.

Seminum Anisi stellati unc. β.

Salis Tartari dr. j.

Infundantur in Aquæ fervidæ libris decem.

Stent per horas quinque, aut sex; facta
dein una alterave ebullitione coletur deco-
ctum, ac cum albumine ovi ebulliendo clari-
ficetur, in quo tandem dissolvendo

Sacchari albi libras octo.

Man-

Mannæ libras duas.

Fiat Syrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI,

sive

E MECONIO.

℞. Caputum Papaveris libr. β.

Coque in aquæ communis libris octo ad remanentiam librarum quatuor, cola cum forti expressione, & adde Sacchari albi libras quatuor. Coque in Syrupum, quem clarificatum ferva.

SYRUPUS FLORUM PAPAVERIS

RHOEADOS.

℞. Florum Papaveris rhœados libr. β.

Infunde cum Aquæ communis fervidæ sesquialtera libra. Relinque per viginti quatuor horas; dein colatura cum Sacchari albi libra una & dimidia coquatur in Syrupum.

Hoc modo parantur

SYRUPUS FLORUM PÆONIÆ.

TUNICÆ.

R 5

Sy.

SYRUPUS QUINQUE RADICUM.

℞. Radicum quinque aperientium ana unc. iij.
 Funde desuper Aquæ communis ferventis
 libras septem. Macera per horas duodecim,
 ubi infuso colato adde Sacchari albi libras
 sex, & fiat coquendo ac debite clarificando
 Syrupus.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS

CUM SENNA.

℞. Infusi Rosarum lib. ij.
 Calefactum funde supra
 Foliorum Sennæ unc. j.
 Stent per aliquot horas, dein cola infusum,
 & cum duplo Sacchari albi fiat Syrupus rite
 clarificandus.

SYRUPUS DE SILIQUIS

sive

DIACODIUM LIQUIDUM.

℞. Caput Papaveris somniferi unc. iv.
 Siliquarum dulcium unc. iij.
 Radicis Liquiritiæ rasæ unc. ij.

In-

Incisa coquantur in aquæ communis libris octo ad remanentiam librarum trium. Colaturæ adde Sacchari albi fesquialteram libram, & coquendo clarificandoque fiat Syrupus justæ consistentiæ.

NB. Addendo singulis unciis

Croci pulverati gr. v.
habebis

DIACODIUM CROCATUM.

SYRUPUS DE SPINA CERVINA.

℞. Succi Baccarum Spinæ Cervinæ libr. ij.

Infunde fervide super

Seminis Fœniculi leviter tusi unc. β.

Relinque per unam alteramve horam; dein cola, & cum dupla Sacchari albi portione fiat unica ebullitione Syrupus.

SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Florum Violarum recentium a calyculis bene mundatorum libr. j.

Infunde in vase stanneo cum Aquæ bullientis libris duabus.

Macera per horas duodecim. In colatura fortiter expressa solve Sacchari albi duplum,
&

& facta unica in Balneo mariæ ebullitione ser-
va Syrupum.

TABULÆ DE ALTHÆA.

℞. Radicis Althææ albissimæ pulveratæ unc. iʒ.
Sacchari albi libr. j.

Fiat lege artis cum sufficienti quantitate
mucilaginis Tragacanthæ massa, quæ bene
subacta & deposita extendatur in tenuem pla-
centam, in tabulas scindendam.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci Metallorum.

Cremoris Tartari ana unc. iv.

Ebulliant in aquæ puræ libris quatuor in va-
se vitreato; dein filtretur liquor, & debite
evaporatus reponatur ad crySTALLIFANDUM. Tar-
tarus concrefcens eximatur ac exsiccet. At-
que ita pergatur in crySTALLIFICATIONE liquoris re-
liqui. CrySTALLI omnes ita collectæ simul in mor-
tario vitreo in pulverem terantur, & ferventur.

TARTARUS TARTARISATUS,

sive

SOLUBILIS.

℞. Salis Tartari q. v.

Sol-